

## **De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

8 Vtrum prouisiones, quas solent campsores & bancarij accipere, iuste  
accipientur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

vbi accepit, soluere pretium cambij & recambij,  
grauiissimo suo incommodo.

Dico Tertiò, Si is qui petit à campsore, non  
possit habere alium qui ipsius nomine satisfaciat  
in loco condicō, quam ipsum campsorem, vel  
focum eius cui pecunia in loco illo est numeran-  
da; probabile est, esse contra iustitiam tunc ad  
cambium dare. Contraria tamen sententia non  
est improbabilis, & speculatiū verior, tamen omni-  
nino disiliuenda, nec facilè permittenda. Prior  
pars probatur, quia ita tenet multi DD. videtur  
enim esse mutuum palliatum. intentio enim non  
videtur esse alia, quam dare pecuniam cum obli-  
gatione, ut in eodem loco restituatur; cetera vi-  
dentur agi non serio, sed regendi mutui causā. Se-  
cunda pars probatur rationibus supradictis. sup-  
pono autem serio agi, ita ut si factor campforis,  
qui responderet pro campario, sigeret vel decoqueret,  
campfor non sit habiturus directam & nomi-  
ne suo actionem in camparium. nam hoc ipso,  
quo acceptata est obligatio respondentis, liberatur  
camparius; ita ut campfor in illum agere faciem  
suo nomine non possit: quod maxime locum ha-  
bere debet, quando factor campforis responderet.  
potest tamen ei competere actio indirecta, nomi-  
ne sui debitoris.

Tertia pars patet; tum quia sēpē est contra char-  
itaritatem; tum quia inducit præsumptionem Iuris  
& de Lure, usurarum; ut patet ex Bulla Pij V. de  
cambiis. vnde talis in foro externo posset plecti  
tamquam usurarius.

## DVBITATIO VIII.

*Utrum prouisiones, quas solent campores  
& bancarij accipere, iuste accipiuntur.*

<sup>73</sup> **N**otandum est, nomine prouisionum signifi-  
cari mercedem & lucrum, quod campiores  
& bancarij detrahunt pecunia numeranda, ratio-  
ne operæ, quam præstant scribendo, numerando  
pecuniam, soluendo pro alio, literas mitterendo,  
pecuniam depositam custodiendo, pro alio se obli-  
gando, alterius negotia expediendo. Itaque pos-  
sunt hic interuenire varij tituli, de quibus seorsim  
dicendum.

Dico Primò, Campor vel nummularius, qui  
pecuniam mercatorum, vel aliorum accipit cu-  
stodiendam, cum obligatione eam reddendi,  
quando & cui voluerint depositores, potest acci-  
pere iustum mercedem pro hac custodia & obli-  
gatione, si de ea ante stipulatus fuerit; vel si ex  
conuentu dari soleat. Ratio est, quia tale obli-  
gium in gratiam alterius præstium, per se est  
pretio estimabile.

Dixi, *Si ante stipulatus fuerit, &c.* quia alio-  
quin non censemur locasse operam suam pretio;  
sed gratis, ut vnu pecunia frueretur: vel accepisse  
eam mutuo. nam depositores ordinariè nihil  
dare solent, cum bancarij libentissime gratis hoc  
onus suscipiant, ob commodum quod illis inde-  
prouenit.

<sup>75</sup> **V**bi Aduerte, fieri interdum posse, ut bancarij  
lucentur; vt si nolint pecuniam suscipere custo-  
diendam, nisi certo pretio operam suam ad hoc  
elocando: quod possunt facere, etiam si ex vnu  
pecunia interim magnum quæstum capiant: eti-

enim permittatur illis vnu pecunia, tamen pretio  
estimabile est, quod obligent se ad pecunie cu-  
stodiandam, & ad eam restituendam, quando alteri  
placuerit: quod autem interim quæstum vnu pe-  
cunia faciant, industria fructus est, non pecu-  
nia: vnde hoc non impedit, quin pro obsequio,  
quod præstant depositori, possint mercedem pa-  
cifici. Interdum fieri potest, ut deponentes lucen-  
tur; vt si nolint pecuniam suam tradere, nisi in  
societatem negotiationis per tres contractus, de  
quibus infra. Hoc modo in Hispania & Gallia  
fortasse accipiunt depositores 6. vel 7. in 100. à  
bancariis, quāmuis Nauarr. cap. 17. nu. 293. putet  
eos committere usuram, si ex pacto tacito vel ex-  
presso accipiunt. Sed hoc intellige, nisi talis vel  
similis contractus interuenierit. Interdum fieri  
potest, ut neuter lucretur: vt si depositores nolint  
eam tradere titulo depositi, sed mutui vel precca-  
ri: tunc enim nihil poterit exigi ratione custo-  
dia, quia alter custodire rem suam, non alterius;  
cum ex vi mutui transferatur dominium in mu-  
tuarium. neque ratione obligationis soluendi;  
quia haec obligatio tali mutuo est intrinsecè con-  
nexa. Deinde etiam non cogitent de mutuo, sed  
simpliceri apud bancarium deponant, tamen non  
tenentur soluere mercedem; quia cum magnum  
bancario beneficium præstant, quod apud ipsum  
potius, quām apud alium pecuniam suam depo-  
nunt, vicissim intendunt ab ipso beneficium acci-  
pere, (videlicet custodiā suā pecunia) ad quod ex  
gratitudine tenetur. si enim indicaret se nolle  
id gratis præstare; facile alij inuenirentur, qui id  
libentissime suscipient.

Dico Secundò, Campor potest aliquid exigere  
nomine prouisionis seu mercedis à campario. <sup>77</sup> *Quibus ca-  
ribus cam-  
pfor à cam-  
pario pro-  
uisiones  
posse acci-  
pere.*  
Primum, Si periculum fortis, volente campario, in  
se fideiubus subiectum, sicut enim mutuans vel emens anticipa-  
tione, vel credito vendens, potest exigere  
pignus vel fideiussorem, vt sibi cautum sit de  
forte: ita etiam cambiens; vt recte docet Bonini  
gnius cap. 7. num. 23. vnde si camparius non ha-  
beat pignus vel fideiussorem, vel si petat vt ipse  
campor id periculi subiectus, poterit campor ali-  
quid pro eo onere bona fide estimatum accipere.  
Secundò, Si fideiubat pro campario apud eum,  
cui debitum traicitur, id est, apud respondentem  
camparij, præteritum si ille non sit famulus, seu fa-  
ctor camporis. Ratio est, quia obligat se pro cam-  
pario ad soluendum illi, si contigerit campa-  
rium illi non soluere: quæ obligatio est aliquo pre-  
cio estimabilis, quāmuis exiguo; præteritum quan-  
do campor aliunde est securus suæ fortis. est ta-  
men alicuius momenti; quia si alius fideiussit,  
campor non posset conueniri à respondentem cam-  
parij; atqui nunc conueniri potest, si camparius  
tempore constituto, suo respondenti non soluat.  
Quod si ille sit famulus, vel factor camporis,  
non potest campor quidquam pro fideiussione <sup>78</sup> *Si famulus  
vel factor,  
seu gestor  
negotiorum*  
exigere: tum quia verè non fideiubet; (non enim  
obligat se alteri pro campario, nec vnum nouum  
periculum subit) tum quia hoc ipso securus est  
famulus de solutione sibi facienda pro debito tra-  
iecto, quo dominus eius securus est de sorte & lu-  
cro fortis (nam censemur vna eademque per-  
sona) atqui dominus est securus, si iam antea pi-  
gnus vel aliam sufficiemt cautionem accepit:  
ergo non potest hic esse vera fideiussio pretio estimabilis. Dico, *si cautionem sufficientem accepit:* quia

quia si nullam cautionem accepit, nec camparius eam dare potest, aut non cupit, potest a timare periculum, cui suam pecuniam, prior numerando, exponit: non tamen fideiunctionem, qua apud suum famulum videtur fideinbere.

**79** Dico Tertio, Exigere etiam potest prouisionem *qui pecuniam nominis alterius numerant*, cui debitum trahitur, id est, respondens camparius, vel camporis, qui pecuniam in loco diffito numerare debet: huic tamen satisfacere debet is, cuius nomine pecunia numeratur; (isti enim illam operam suam locatam habet, & obsequium praefstat) non autem ille, cui numeratur. unde iniqua est consuetudo quoramdam, qui cum debent v.g. 1000. aureos, mittunt chirographum ad suum respondentem, vel ad bancarium, qui iubent solvantum 1000. cum sciant ipsum nomine prouisionum detracturum 1. vel 6. de tota illa summa: debent enim curare ut integra solutio fiat. unde tenentur illud supplerre, quod ille detraxit; quamvis ille derrahendo, iniuriam non fecerit.

**80** Dico Quartò, Campor & respondens nihil posunt exigere a campario, ratione laboris numerandæ pecunia, vel scribendi litteras & mitendi ad suos respondentes. Ratio est, quia ex natura contractus hunc illi laborem debent. sicut emptor numerans pecuniā venditori, vel scribens ad amicum ut ei soluat, non potest aliquid pro eo labore a venditore petere. similiter nec amicus pecuniam ipsi numerans, quamvis huic merces debeatur ab eo, cuius nomine illam numerat.

## DVBITATIO IX.

*Vtrum possit fieri pactum de eo quod interest camporis, & vel de recambio, si campariis fuerit in mora.*

**81** *Pactum de interessu.* Respondeo & Dico Primo, Iuste posse fieri pactum de interesse, sicut in aliis contractibus: vt si campor ob hanc moram debuerit accipere pecuniam sub vsura, aut lucris per eam spectatis exciderit. Potest autem a principio dupliciter pacisci. Primo, De incerto, vt camparius cogatur omne damnum emergens & lucrum cessans, quod postea ratione dilationis obuenisse fuerit apprehensum, facire. Secundo, De certo aliquo; vt si exigat certum quid pro periculo cui se exponit, concedendo dilationem ultra terminum ordinarium: sed hoc secundum non est licitum, vbi Bulla Pij V. de cambiis seruat. alias vero per se non est illicitum, cum ea moderatione, qua dictum est c. 20. dub. 13. posse id in mutuo permitti. haec enim concessio dilationis, est tacitum mutuum.

**82** *De recambio.* Dico Secundo, Campor non potest pacifici cum campario, vt si elatio termino non soluerit, teneatur eamdem sumnam accipere ad recambio; nisi certò constet, tantum lucri illum ex illa mora amissurum, quantum ex recambio perciperet. Ratio est, quia non potest plus exigere ratione moræ, quam estimationem lucri cessantis & periculi fortis, itaque cum detimento recambiorum sapientia maiora, non potest illum ad hec obligare. Si tamen campor moraliter certus esset, se eamdem pecuniam, si termino constituto soluta fuerit, statim ad cambium tamen vel magis lucrosum dare posse; posset stipulari ut camparius teneatur tamdiu pecuniam illam per cambia & recambia ad

singulos terminos accipere, donec tandem soluerit fortein: quia hoc nihil est aliud quam illum obligare ad interesse lucri cessantis.

Petes, Vtrum tunc ipse campor & eius respondens possint confuetas prouisiones exigere? Viden- <sup>84</sup> tur enim non posse: tum quia camparius non petit illas scriptationes & gyrationes ultra citroque, sed illæ sunt gratia camporis, ut videatur semper verum cambium facilitare; tum quia non sit noua pecuniae numeratio.

Resp. Posse in rigore exigere; (quamvis id sit satis inhumani, ac proinde apud honestos non visitatum) idque titulo lucri cessantis. nam ponimus, camporem eiusque respondentem percepturos eas ab aliis, si camparius condicione tempore solutus est. Adde, has scriptiones non posse omitti, quia aliqui campor conferunt usurarius apud suos, inter quos usum receptum est, ut nisi litterarum missio appareat, censetur cambium ad eundem locum, & condemnetur tamquam usurarium, unde etiam ratione indemnitas, necessaria est litterarum missio.

Petes, Vtrum id quod camporibus debetur ratione prouisionum & interesse, possit ab ipsis continentem adiici forti, ut cambium augeant?

Resp. Id fieri non posse, nisi moraliter certi sint <sup>85</sup> se illud potuisse alii statim ad cambium dare, & *An forti* per illud lucrari; tunc enim ratione lucri cessantis possit adi- <sup>ci.</sup> possunt illud forti invire ad cambijs augmentum.

## DVBITATIO X.

*Vtrum campor, quando post multa cambia & recambia debitor ei soluit partem aliquam, teneatur illam acceptare in fortem, antequam sit satisfactum detrimentis cambijs.*

**N**otandum est, esse consuetudinem camporum, vt non acceptent solutionem fortis, *Consuetudo* nisi simul soluantur cambiorum detimenta, seu *camporum*. lucra & interesse. Quidam putant id esse iniquum. Primo, Quia quando quis est debitor ex pluribus causis eidem creditor, in potestate debitoris est, soluere prius utri debito maluerit; quia debitor potest legem dicere rei tua, nempe ut sit pro debito; quod ipsi placuerit, vt habetur L. 1. 2. de solutionibus. Secundo, Quando quis est debitor ex pluribus causis, si aliquid soluat, id censetur solutum pro debito, quod magis grauat: nisi debitor contrarium exprimat; vt habetur L. 3. 4. & 5. 2. eodem titulo, atqui magis grauat debitum fortis quam usuratum, seu detimentorum, quando haec non sunt unita forti: ergo prima solutio censetur facta pro forte.

Respondeo tamen, verius esse, illam consuetudinem non esse iniquam, sed iuri consentaneam. *Non est* Probatur, Quia quando ex debito aliquo principali, tamquam ex radice, nascuntur alia debita tamquam fructus; tunc si fiat solutio, primo censetur fieri pro fructibus illis dependentibus: deinde si quid superfit, computatur in fortem, ut expressè habetur L. 1. C. de solutionibus. & L. Si usuram 2. C. de usuris. idque consentaneum est praxi in similibus debitis; vt in debito censuum, & in debito ex contractu societatis. Leges autem illarum